





40

1779, 8

AO

DISSERTATIO INAUGURALIS
 DE
 NEXVS INTER MAGISTRATVM
 AC
 CIVES CIVITATVM IMPERII
 FVNDA MENTO AC EFFECTV

Q. 114.

QVAM
 SVB AVSPICIIS REGIIS
 CONSENSV INCLYTI IVRECONSULTORVM ORDINIS

PRO
 SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS
 RITE OBTINENDIS

PVBLCICE DEFENDET
 ALBERT. CONRAD. FRIDER. RENZIVS
 STVTTGARDIANVS

DIE XXXI. MARTII MDCCLXXIX.

GOETTINGAE.

Litteris FRIDER. ANDR. ROSENBEVCH.



DISSELTAT O INATOVARIIS

NEXTS INTTER M. NESTINATVM

CTVS QVAT M. NESTIN

STREPTVM M. NESTIN

S. M. NESTIN

CONSEPT INQVITI PREGOVATORVM SEPTIM

INQUIS IN ETRO KE NESTIN

ATE OSTINADIS

REPTIDE DEFENDIT


ALBERT CONRAD FRIDER RENZIVS

REPTIDE DEFENDIT

DIE XEEL MARTII MDCCCLXIX

GOETTINGEN

ANNO FORTIS ANNO ROSEATIONIS



Handwritten scribbles or initials in the right margin.





Pars prior.

QVAEDAM NOTABILIORA

DE

ORIGINE AC PROGRESSV REGIMINIS CIVITATVM IMPERII.

§. I.

Operae pretium omnino me facturum esse existimo, si originem regiminis, quod ciuitatibus imperii nostris fuit, enarrem. Ex originibus enim hisce capita forsitan plura regiminis, quo hodie vtuntur, explicari, illustrarique possunt. Conditione vrbium germanicarum Romanis adhuc subiectarum tantum tacta, ad tempora statim ea, quibus patria forma plane immutata est, progressurus sum.

In Germania quidem magna ante seculum quintum post C. N. nullibi *vrbes* fuisse, Tacitus a) aliique testantur. Oppida tamen nonnulla occurrunt. Quod ad Germaniam vero transrhenanam, cuius partem Romani armis suis subiecerunt, attinet, in ea Romani non tantum castella, sed et vrbes teste Floro, Amiano

A

miano

miano ac Zosimo condiderunt *b*). Inter vrbes harum regionum Moguntiacum, Coloniā Agrippinā, Argentinā, civitatem Nemetum ob nominis celebritatem nominasse sufficiat.

Non vero hae omnes vrbes iisdem gaudebant iuribus. Aliae enim e. gr. Moguntiacum, Vrbs Vangionum, Nemetum et Argenteratum, municipiorum numero erant *c*). Aliae contra ad colonias referebantur. Quo spectabat Agrippina Vbiorum, Augusta Rauracorum, hodie Basilea, Augusta Treuirorum, Tiberii, hodie Ratisbona, Colonia, Constantia, Curia, Augusta Vindelicorum &c. *d*). Inter has vero Coloniā iuris italici fuisse, ex legibus civilibus nostris constat *e*). Discrimen inter municipia et colonias ideo hic attingi oportuit, quum ex eo conditionem, qua ciuitates aeuis posterioribus fructae sunt, e. gr. immediatam deriuare, an iure, postea apparebit, tentarunt.

Diuerso vero modo vrbes Germaniae liberae, sic per principes, qui iura per pagos, vicosque reddiderunt, ac centenos, qui principibus consilio suo adstitebant, regi solebant *f*).

Migrationibus vero gentium sequentibus, per populos germanicae originis, qui, cum trans Rhenum Danubiumque transgressi essent, in Galliam aliasque regiones, se effuderunt, vrbes antea florentissimae, castellaque munitissima vel vastata, vel penitus excisa sunt. Mitius Belgiam primam ac Germaniam secundam Franci tractasse videntur, dum vrbes trucidata licet plebe muris suis denudare noluerunt. Neque tamen sub Francis victoribus, ipsorum familia regnatrice Merouingorum multae vrbes aliquatenus restitutae, multo minus nouae exstructae sunt, licet Rex Chilpericus id mandaret *g*). Eo enim adhuc tempore gens Francorum militiae, non vero commercio ac opificiis fauebat. Quod ad formulam vrbium hoc aeuo vsitatam attinet, illa pro arbitrio victoris determinata, vel saepius quoque non mutata fuit *h*). Saepissime quidem magistratu proprio ex ciuibus primanis, sed a comite aut camerae nuncio eligendo, cuius directioni quoque subiectus erat, gaudebat *i*).

Sub Imperatoribus stirpis Saxonicae ciuitates nostrae meliorem expertae sunt conditionem. Multae nouiter exstructae, multae

8

tae saltem munitiores redditae fuere. Formula vero antiqua ad
Ottones vsque seruata est, a quibus sc. multarum ciuitatum co-
mitatus s. Aduocatae iura in Duces, praesertim vero in Episco-
pos titulo perpetuo quidem, sed superioritatem non inferente
translata sunt *k*). Hoc vero tempore simul distinctiones urbium
diuersae orae. Diuidi sc. solebant in *regales et praefectoriales l*),
in ciuitates *iuris Romani et Francici*, in *palatinas* et non *palati-
nas* ac in *immediatas* ac *mediatas*. Inter regales et praefecto-
riales id interfuit discrimen, quod illae proprio magistratu, qui
interdum comitis, sed improprie tantum sic dicti, directioni sub-
erat, administrarentur; hae contra praefecto a Regibus praepo-
sito regerentur. Posteriores quoque interdum regales, sed non
nisi in sensu aliquatenus latiori, dicebantur *m*). Quenam vero
obtinuerit differentia inter ciuitates *iuris romani*, seu *libertate ro-
mana* donatas, et illas *iuris francici*, Doctores inter se disceptare
nondum desierunt. TREVER *n*) vtriusque generis ciuitatis qui-
dem liberas ac immediatas fuisse, sed illas libertate Francica do-
natas praefectis ducibus comitibus paruiffe, vel sub Episcopis fuis-
se; ciuitates vero libertate romana praeditas autonomia quadam
subordinata ac magistratu ex ciuium suorum gremio electo; sc.
consulum, scabinorum, decurionum senatorumque gauissas fuisse
ait. Eiusmodi ciuitates iam sub Ottone III. occurrunt *o*), qui se-
eam non solum ciuitatibus germanicis, sed quoque pluribus ita-
licis indusserit *p*). Plerumque ciuitates illae libertate gaude-
bant romana, quae antea, sub Romanis sc. municipia fuerant *q*).
His enim iamiam vi iuris municipalis Autonomia ac Magistratus
proprius sc. Duumviri instar Consulium romanorum, ac Decurio-
nes senatum repraesentantes aut defensores ciuitatis loco Tribu-
norum plebis erant. Quam formulam Franci victores vrbibus
plerumque permiserunt. MORITZ *r*) quoque a municipiis vrbes
iuris romani deriuat, saltemque ad illorum exemplum hasce in-
stitutas fuisse defendit; tempore vero subsequente ex ciuitatibus
libertatis romanae regales vel quoque imperiales vocatae, ciui-
tates sc. imperii, ortas esse putat *s*). Sed dubia maximi
ponderis hisce principis vir immortalis STRUBEN *t*) mo-

uit, quae breui referre non poenitebit. Praetermissis sc. dubiis contra ipsum ciuitatum Germaniae ius municipale quaerit vir celeberr. vtrum ex iure municipii ad libertatem immediatatemque qua ciuitates imperii hodie fruuntur, rite concludi possit? Quamvis enim Autonomia et Magistratu proprio gauderent, de cetero praesidibus romanis subesse leguntur. Simulacra potius haec omnia censet STRVBEN cum WALDSCHMID *u*) et municipia qualiacunque a republica aequae remota fuisse ac vrbes Germaniae mediatas hodiernas defendit. Nec desunt exempla Comitum, qui ciuitatibus regalibus, quae antea iure municipii vsae sunt, praefuerunt *x*).

Ex libertate romana quoque ciuitatibus concessa ad pristinum statum municipale non rite concluditur, quum et in ciuitatibus, hac libertate destitutis, Scabinagia, sine quibus praefectus procedere non potuit, occurrant. In quibusdam vero vrbus magistratus et Scabinagium diuersa formarunt collegia, quae ab initio in ciuitatibus iuris romani coniuncta fuerunt. Discrimen vero inter libertatem romanam ac francicam se ignorare Cel. STRVBEN lubenter confitetur *y*). Libertatem romanam vero ciuitati imperii semper adhaesisse, Spira et Wormatia, Vrbes iuris francici, quoque vrbes mediatas libertate romana donatae comprobare possunt.

Quod vero distinctionem ciuitatum in mediatas ac immediatas attinet, illi tempore demum Henrici IV et V fides historica haberi potest. Quod eruditi recte, vti mihi videtur, a contentione illa inter sacerdotium ac imperium Europae infortunatissima, deducere operam dederunt. In controuersis enim ex illa ortis ciuitates vt plurimum a partibus Caesaris stabant, eumque contra hostilia Pontificum ac Guelphorum consilia ac molimina pro viribus adiuuabant; quod procul dubio Imperatoribus ratio fuit, cur iura et numerum ac potentiam quam maxime auxerint. Hoc gratus animus ac prudentia Imperatores iussit. *z*). Falluntur ergo illi omnes, qui ante FRIDERICUM II. per totam Germaniam, cum primis per Ducatum Sueviae nullas prorsus ciuitates imperii extitisse, asserere conantur *zz*).

a) in

- a) in libello de moribus Germanorum c. 16. vbi: „nullas germanorum populis vrbes habitari, satis notum est, ne pati quidem inter se iunctas sedes.” *Comring de Vrribus germanicis*, Th. 16. 24.
- b) quorum testimonia collecta explicare tentauit *Comring all.* Th. 31. 32.
- c) *Ammianus Marcell.* L. XV. Prima germania vbi praeter alia municipia Moguntiacus est et Vangiones et Nemetes et Argentorati, *Comring all.* th. 54.
- d) *Comring all.* l. th. 54.
- e) L. 8. §. 2. D. De Censib. „In Germania inferiori Agrippinenses iuris italici sunt.” cfr. *Bynkershoek Observ.* T. II. p. 327. seqq.
- f) *all. Comring.* th. 47.
- g) *Comring all.* th. 34. 36.
- h) *Treuer de orig. libert. ciuit. germ.* §. 4. in *Diff. super Logomachia de ciuitatibus mixtis.* §. 4.
- i) *Priefer D. de ciuitat. imp. speciatim Vlm.* sub Rudolpho I. §. 1.
- k) *all. Priefer* §. 2.
- l) Sic in Otonis II. de 974 diplomate apud Zillesium in *defens. Abbat. S. M.* p. 25. dicitur, „et in singulis ciuitatibus Imperialibus vel praefectoriis liberam potestatem habeant intrandi,” et in Henrici II. diplomate de A. 1005 „in singulis ciuitatibus Regalibus ac Praefectoriis,” apud *eund.* Zillesium p. 28.
- m) *Moritz vom Ursprung der Reichsstädte* §. 2.
- n) in *Diff. de Logomachia super ciuitates mixtas* §. 14.
- o) Odilo in vita Adelheidis Imperatricis apud Leibnitz. *Scriptor.* T. I. p. 265. de Ottone M. refert „ante duodecimum circiter annum obitus sui in loco, qui dicitur Salsa urbem decreuit fieri sub LIBERTATE ROMANA, quem affectum postea ad perfectum perduxit effectum.” *Treuer all.* l. §. 5.
- p) *Sigomus de regno Italiae* L. 7.
- q) *Koenigsbrouen. Elsass- und Strassburgische Chronik.* et *Schilteri nota* 12 ad p. 605.
- r) l. c. §. 2.
- s) l. c. §. 5.
- t) *Nebenstunden* V. Th. n. 38.
- u) in *Differentiis municipiorum Romanor. et vrbiu Germanicarum*, § 9.
- x) *all. Scriben.* §. 5.
- y) l. c. §. 8.
- z) *Cel. Fr. Dom. Haebelin Auszug aus der allgemeinen Weltgeschichte. Neue Historie* I. B. p. 321. II. B. p. 313.
- zz) *Priefer all.* *Diff.* §. 2. p. 9.

Quaenam vero formula regiminis Ciuitatibus aetio, quod dicunt medio, sc. ab Imperatoribus Saxonis inde ad tempora nouiora obtigerit, curatius nunc euoluendum erit. Praemoneri tamen oportet, regulam eo minus generalem proferri posse, quum pro diuersitate temporum aliarumque circumstantiarum formulam mox immutatam acceperunt, mox vero pristina vti, illis saluum relictum est. In formula tamen ciuitatum germanicarum determinanda maiores nostros Italos imitatos fuisse *a)* probatione ampliori non indiget, si quis ad nexum, qui illo tempore inter Germaniam ac Italiam fuit, et postea ad nexum quoque, quem commercium mutuum inter ciuitates nostras ac italicas produxit, respicit. Eadem fere fata, quae regimen ciuitatum italicarum subire oportuit, ciuitates germanicae quoque subierunt. In utroque regno regimen Ciuitatum ab initio magis aristocraticum, postea vero ob abusus, quibus illud laborabat, enormes, Democratia mixta moderatius effectum est *b)*, quamuis negare nolum, et formula magis democratica obtinente non raro a via regia recessum, ac Oligarchiam substitutam fuisse. Nexus ac similitudinis gratia, quam inter ciuitates Patriae Italiaeque subesse asserui, de formula vrbium italicarum quaedam proferre liceat, quum ea forsan ansam dare possint, vt, quae adhuc latent, vel explicari nequeunt, illustrentur.

Primum ergo, Optimates milites quoque et nobiles *c)* dicti, potiora saltem iura regiminis tenebant, vti ex Sigonio antea ablegato aliisque rerum italicarum Scriptoribus patet; sed plebeios ab omni regiminis sollicitudine exclusos fuisse, frustra quis ob testimonia, quae contrarium *d)* enuntiant, defensurus esset. Quaenam formula vero obtinuerit exemplo Mediolani, quam Vrbem ceterae haud raro imitatae sunt, duce Sigonio *e)* paucis referam.

“Summa reipublicae, ait, quae COMMUNE dicta est, penes tria Consilia fuit, *speciale, generale et Credentiae*, itemque penes Magistratus, qui et Consiliis praefuerunt, et iudicia exercuerunt, quorum

quorum omnium quotannis lectio celebrata est hunc in modum." Quem dein Sigonius amplissime exponere non omisit. "Ad electionem Consilii specialis, generalis ac Credentiae tribus Ciuium XL. concurrebant. Ad res peragendas haec Consilia mox separatum, mox iunctim campanae sono vocabantur. Coacto Consilio res ex scripto per scribam Consules referebant. Relatione facta Oratoribus quatuor ad tribunal magistratum stantibus potestas dabatur, super re verba faciendi. Idem magistratibus sed non nisi de re ad se pertinente concedebatur. Rogationes ex illorum sententiis scriptae *Partes* vocabantur. Magistratus erant vel *ordinarii vel extraordinarii*. Ad illos Consules Communis, Consules iustitiae, Iudices Communis, Procuratores Communis, Iudices appellationum, Iudices officio proscriptorum, quaestores: ad hos autem Legati, curatores et Syndici relati sunt. Postea loco Consulibus communis Praetorem, quem *potestatem* dixerunt, creare instituerunt, atque ab exteris ciuitatibus aduocare. Erant quoque Magistratus militares. Imperium militare aut Consuli Communis aut Praetori deferebatur; praefecturae exercitus vero erant diuersae, pedestris, equestris et populi, et ad extremum etiam Carroci. Magistratibus singulis certa merces ex aerario per quaestorem erogabatur, qui pecuniam omnem publicam expensam acceptamque curabat. Pecunia publica vectigalibus et tributis constabat. Praeterea multa in Urbibus erant collegia, vt Mercatorum, Argentariorum et Artificum. Mercatores et Argentarii Consules creauere; Artificum Collegia singula Magistratos. Eorum, qui compotes fuerunt, inter se conuenere et de rebus aut ad mercaturam aut ad artes singulas pertinentibus consilium. Haecenus Sigonius, cuius commenta illustratione subinde indigere videntur, quo vero simul origines formulae ciuitatum germanicarum explicari possunt. Sic quoque ciuitatibus nostris conuenit, rem publicam dici *commune*. In Diplomate ciuitatis Bremensis de anno 1246. regimen subsequenti comprehenditur titulo: Consules Bremenses et *Commune* totius ciuitatis. — Saepius vero adhuc per Vniuersitatem, *communis* synonymum. ciuitatem integram expresserunt. In Diplomate Vlmensi de anno 1373,

Mimi-



Ministerium, Consules, et Vniuersitas Oppidi Vlmensis, in ultraiectino Scultetus, Scabini, Consules, Vniuersitas f). Idiomate nostro commune per *Gemeine, Gemeinde*, expressum saepissime occurrit g).

Quid vero sub Consilio *Credentiae* intellexerint Itali, Sigonius curate denotare neglexit. Quidam illo nomine significatam putant Plebeiorum factionem, hoc est. *vilium* Artificum colluuiem, quae congregata *Consilium Credentiae* efformabat. Huic sententiae Sigonius h) ipse accessisse videtur. At *credentia* potius olim nil aliud significauit, quam *Secretum* siue *Arcanum*. In Chronico Mediolanensi Msto. *Consules Credentiae sic dicti, quia erant viri creditiui et fide digni.* — Ante omnia vero noscendum esse Muratori ait i), in quauis Italicae gentis Republica *Concilium* siue *Consilium generale* fuisse, coactum e singulis, siue e Nobilibus, siue e Popularium Turba ius habentibus ad regimen ciuitatis. At quia in politicis negotiis tum belli tum pacis saepe se offerunt *Consilia* cautissime et secretissime peragenda, si haec omnia ad generale *Concilium* deferenda fuissent, vix fieri potuisset, ut tot capita in vnam facile sententiam conuenirent. Propterea alterum *Consilium minus* e selectis et longe paucioribus constitutum unaquaeque Respublica instituere contueuit ad secretiora negotia defererentur, et quidquid ibi plurium suffragiis decretum erat opere complere mos fuit. Alterum istud *Consilium* appellabatur *Consilium Credentiae*, quia quicumque ad illud adlectus erat, sacramento dato pollicebatur, se nemini reuelaturum rem sibi creditam. At non minus Nobilibus quam Popularium regimen, *Credentia* respiciebat, dum consilium habebatur, ubi delicatiora Respublicae negotia pertractabantur, quae silentium exposerent. Idem hodie ciuitatibus nostris *Consilia secreta* (*geheime Rätthe*) praestant, ac in obiecto quoque haud disconueniunt. Postea vero seculo praesertim XI. bella inter patricos et plebeios vbi que suborta, quae non nisi republica in Monarchiam plerumque mutata desierunt. Sic inter Mediolanenses nobiles ac plebeios anno 1041. odium primo, tum bellum atrocissimum exarsit, ita vt priores impares solum vertere coacti fuerint. Hos reliquae Italiae

Italiae republicae secutae sunt *k*), et quidem Regiensis seculo XII. circa annum 1141. Florentia, a. 1250, ubi Mercatores ac artifices reipublicae regimen sibi vindicarunt, leges condiderunt, Magistratus elegerunt, pleraque maiora officia honoresque sibi tribuerunt. Nobiles, qui adhuc ad Magistratus praesertim militares adhibebantur, Populo suberant *l*). Interdum vero quoque a Mercatoribus ac Popularibus ditioribus (*il popolo grasso nuncupatis*) discessere Artifices minores ac ignobile vulgus. Exempla dant Genua, Bononia, Placentia aliaque. Celebris quoque est Florentiae seditio ac regimen *Ciomporum* a 1378 continuatum. Hoc nomine comprehendebatur sex vilis Artificum *m*). Popularis factio, pergit *Muratori*, potissimum constituebatur e Mercatoribus, Artificibus, ac Opificibus Urbis. Arti unicuique praeficiebatur Tribunus, siue *Consanonerius*, qui vexillum illius deferens, quum opus erat, homines cunctos in eam Artem adscriptos colligebat atque regebat. Varius autem Artium numerus fuit pro voluntate civium. Alicubi enim Artes maiores rerum potiebantur, vti Florentiae, ac deinde accesserunt et *Artes minores*. Primam inter illas consciebant *Iudices*, siue Doctores et Notarii *n*), secundam *Mercatores pannorum francorum*; tertiam *Argentarii*, siue Nummularii vulgo *Campsores* appellati; reliquas constituebant *Artifices pannorum*, *Medici*, *Aromatarii*, siue *Seplasiarii telarum sericarum opifices*, *minutarum mercium Propolae*, vulgo *Merciarii o*), denique *Pelliones*, *Pelliparii* vocati. Constabant Artes Minores e *Lanionibus*, *Fabris*, *Calceolariis*, *Carminatoribus*, *Cerdonibus*, *Sarcinatoribus* *Barbitonsoribus* *Pistoribus* &c. Tumultu ac seditione orta erumpebant omnes arreptis armis, singuli ad vexilliferum suae Artis coeuntes, atque inclamantes *viuant Artes et Populus*.

Originem formulae civitatum italicarum mutatae, eiusque causas allegat *Muratori p*). Patriciorum dominandi libidinem, plebeiorum vero simul ardorem libertatis tuendae, quos reuera reipublicae romanae aemulos fuisse, negari non potest. At, quae hactenus de formula civitatum italicarum protuli, ac ex-

B

cerpsi

cerpsi, comparationi inter illas ac germanicas instituendae sufficere possunt.

- a) cfr. *Muratorum Antiquitat. Italic. medii aevi* T. IV. Diff. XLV. p. 30. qua de ciuitatibus Belgicis ac Gallicis itidem Italicarum aemulis agit.
- b) de regiminis ciuitatum italicarum fatis conf. *Sigonius* de Regno Italico L. VII. operum T. II. p. 447. "Ceterum omnium citerioris Italiae, sed maxime Lombardiae ciuitatum, eadem fere reipublicae ratio fuit, nam et Magistratus fere easdem crearunt et Optimates primum, deinde popularem statum eundem habuerunt, et eodem modo Optimatum Republicam tribus Consiliis administrarunt, quae speciale, Generale et Credentiae Consilia dicere" et *Muratorum Antiqu. Ital. Medii aevi* T. IV. p. 64, 65, 66 aliisque locis.
- c) *Muratorum Antiquitat. Ital. medii aevi* T. II. p. 656.
- d) *Otto Frisingensis de gestis Frederici L. II. c. 13.* „Quumque, ait, tres inter eos (Italos) ordines, id est, Capitaneorum, Valuastorum, et Plebis esse nascantur, ad reprimendam superbiam, non de vno sed de singulis praedicti consules eliguntur, ne se ad dominandi libidinem prorumpant, singulis paene annis variantur." *Muratorum Antiqu. Ital. med. aevi. T. IV. p. 652.*
- e) *de Regno Italico L. X. ab initio Operum* T. II. p. 615.
- f) *Anmerkungen über die Geschichte der Reichsländer vornehmlich der Schwäbischen.* T. I. p. 95.
- g) *Ad Ludwigs Reichsarchiv* Contin. IV. Part. sp. T. XIII. et XIV. multis locis breuitatis ergo prouocare liceat.
- h) Sic enim L. VII. de regno Italico ad annum 995. refert: „Reliqui vero, qui artes opificiaque tractarunt, nonno sc. Credentiae nomine appellarunt.
- i) *Antiqu. Ital. med. aevi.* T. IV. p. 660.
- k) *Muratorum alleg.* T. IV. Diff. 52. p. 656.
- l) *Muratorum alleg.* p. 665.
- m) *Idem* all. p. 668.
- n) Nec hodie desunt ciuitates imp. germanicae, in quibus Doctores peculiare constituunt collegium. Occurrit eiusmodi Collegii mentio in *Contrauersis Senatus Francofurtensis cum ciuibus reformatae religionis.*
- o) qui Ulmae hodie adhuc *Merzler* vocantur idemque occupant negotium,
- p) all. I. T. IV. Diff. L. II. p. 651.

§. III.

Ne vero a tramite diutius aberrare videar, nunc ad Ciuitates germanicas rediturus sum. Quod vero quam maxime dolendum est, origines ac fata illarum ob testimoniorum historicorum inopiam obscuritati subesse, ideo praemonere volui, ne

ne lector beneuolus a me expectet, quod praestare non valeo. Iam antea retuli, Ciuitatibus germanicis a Francis victoribus suis haud raro formulam suam seruata[m] fuisse. Sub Imperatoribus vero Saxonis meliorem adhuc conditionem subierunt. Nec veritati consentaneum est, post Ludouicum Infantem, urbes, quotquot in Germania fuerint, mediatas Ducibus, Comitibus aliisque subiectas fuisse. Hanc enim quoque hypothesin viri alias celeberrimi DE LVDEWIG *a*) fundamento indigere, iam alii *b*) demonstrarunt. Discrimen potius quod supra allegaui, inter Vrbes regales ac praefectoriales ad haec tempora vsitatum fuit. Tempore enim Henrici V. id occurrere historici probarunt *c*). Quamvis vero negari nequeat, hoc aeuo Ciuitatibus formulam magis aristocraticam fuisse, populum tamen a regimine ciuitatum penitus exclusum fuisse, frustra defenderetur. Magistratus enim iam Carolina aetate praesertim Consules, Senatores ac Scabinos e populo delectos fuisse, constat *d*). Num vero opifices institores et operarii penitus honoribus exclusi dici queant, dubito, cum communis opinio, burgeneses originetenus omnes fuisse seruos, fundamento destituta sit firmiori. Probatu enim non difficile est, burgenesibus iura ingenuitatis competiisse, ex quo ad ingenuitatem ipsorum recte concluditur, Conringii aliorumque sententia ad seruos restringenda. Neque exempla artificum, opificumque ingenuis gaudentium natalibus desunt, sed breuitatis studio ad Praeceptorem meum pie colendum Vir. Gener. ac Illustr. de SELCHOW *e*) qui contra communem opinionem rem, vt solet, solidissime defendit ac illustrauit, prouoco. Sub Imperatoribus quoque Saxonis diplomata non Magistratum sed et ciues loquuntur, licet hoc tempore Aristocrazia vterentur ciuitates. Disterebant tamen hae ipsae inter se mirabili varietate, prout autonomia liberior restrictione fuit. In ciuitatibus quoque, in quibus Episcopo domicilium fuit, hic interdum iura regiminis aliquatenus vsurpauit. Hinc tot tantaque lites inter Vrbes eiusmodi et episcopos, quibus instigantibus Imperatores ciuitatibus haud raro constitutionibus suis praeeudicium intulerunt. Sic ad illorum instantiam Frid. II. (a. 1233) in Comitibus Rauennatensibus

communia Consilia Magistros civium siue Rectores vel alios quoslibet officiales, Episcopis non de consensu suo requisitis penitus abolendos decrevit. Sed huic Constitutioni ciuitates sese opposuerunt, nec vbiq; exequi passae sunt. Postea quoque Magistri civium Consilia ac Consules in diplomatibus nobis seruatis obueniant f).

- a) in Diss. de ciuitatum dispari nexu cum S. R. I. c. 3.
 b) cfr. Treuer Diss. de Logomachia super ciuitate mixta c. 1. §. 14.
 c) Habertin Auszug der allgem. Weltgeschichte. Neue Historie I. B. p. 321.
 d) Conring. de Urbibus germanicis. §. 129.
 e) in Libello de iuribus ex statu ingeniorum in Germania pendentibus nunc Electis iuris germanici publici ac priuari inserto, et in Elem. iur. German. publ. §. 228.
 f) Habertin Auszug aus der allg. Weltgeschichte Neue Geschichte. I. Band. p. 316.

§. IV.

Aristocratica formula in ciuitatibus nostris ad saeculum XIV. vel saltem finem XIII. occurrit. At hoc tempore turba ac seditiones inter patricos, qui iura iusto plus maiora in ciues suos asserere conati sunt, et inter plebeios orta sunt; quorum exitus saepissime immutatio regiminis aristocratici in democraticum fuit. Et hoc mihi ansam praebet de Tribubus, quorum maxime opera huiusmodi immutatio facta fuit, quaedam notare. Quod originem illarum attinet, illam curate determinare nolo; sed seculo XII et XIII adscribendam esse, in eo Viros omni fide dignissimos consentientes inuenies a). Etiam hoc institutum ab Italis maiores nostros petiisse, ex eo quoque comprobari posse videtur, quod hoc praesertim tempore ciuitates Italicae ac Germanicae vinculo commercii inter se inuicem iunctae legantur b). Sic Turicensis respublica inter primas referenda est, quae regimen tribunitium (*Zunftmeister Regiment*) anno 1332 introduxit. Eo vero tempore, quod probe notandum est, emporium inter Italiam Rhaetiam, regiones Rheni, Galliamque fuit c). Tamen priora exempla de regimine tribunitio introducto ad sunt; Vlmae enim iam saeculo XIII. magistri Tribuum in Consortium Regiminis assumti,

sumti, ita vt Senatus ex 32 Membris ex utroque ordine vsque
 ad annum 1327. constitentis, quo demum huic Senatui minori,
 (dem kleinen Rath) Maior, (der groſſe Rath) ob rem publicam
 auctam adiunctus est d). Sub Henrico V. iamiam cum opifici-
 bus iura, quae reliquis burgensibus competierunt, communicata
 sunt. Quo vero effectum est, vt Patriciis superiores extarent, ac
 Formulam ciuitatis immutare, et sibi met ipsis administrationem
 appropriare viderent. Nec turbis seditionibusque Constitutio
 Friderici I. in campis Roncancis 1232. publicata, qua conuenti-
 culae ac coniurationes quaecunque interdicitae sunt, finem impo-
 nere valuit e). Tribus potius ab Imperatoribus varias ob causas
 protectae et priuilegiis maioribus adornatae, maiori potiebantur
 auctoritate. Secula vero sequentia praesertim XIV exempla re-
 giminis tribunici in pluribus ciuitatibus introducti exhibent, quarum
 quaedam saltem allegasse iuuabit. *Augustae Vindelicorum*
 Senatus, qui Aristocratiam sapiebat, tribus a. 1368 admini-
 strationem reipublicae cedere coactus est. Vt vero regimen no-
 vum reliquis ciuitatum formulis eo conformius esset, ablegatos
 ad ciuitates Moguntiam, Spiram, Wormatiam, Basileam et Con-
 stantiam, quae omnes episcoporum domicilium exhibebant, et
 Vlnam, ad harum formulam tribuniciam perspicendam, miserunt.
 Quibus reducibus inter Magistratum et plebeios eo conuentum
 est, vt singula opificia (*Handwerk*) quod iure Senatorem vnum
 praesentandi gauderent, *tribus* (eine Zunft) vocanda sint, opifi-
 cia vero, quibus membra pauciora essent, bina iunctim semper
 Senatorem vnum praesentare valerent. Ex quo tempore XV.
 Patricii et XXIX plebei Senatum constituerunt. Inter quos vnus
 Consulum est genere Patriciorum, alter vero e tribus electus
 est. Consilium maius vero (der groſſe Rath) e CCXIV viris,
 quos e singulis XVIII. tribus nominabant, conficiebant. Se-
 natui minori (dem kleinen Rath) non nisi de 5 Libris Hallerorum
 cognoscendi facultas relicta est. Consensum ac confirmationem
 huius formulae, quam ab Imperatore repetita vice petierunt Augu-
 stani, non nisi post sexennium sc. 1374. impetrare potuerunt f).
Norimbergae fere eodem tempore 1345 idem contigit fatum, Lu-
 douico

donico Bauaro cui plebs Norica adhaesit, tribus clauum Reipublicae vsurparunt. Sed paulo post Carolus IV. cuius gratiam Senatus iniuit post seditionem denuo ortam tribunis plebis in perpetuum abrogatis formulam magis aristocraticam stabiliuit g).

Quod de Norimbergensi republica eiusque immutatione iterata tempore Ludouici Bauari Anticaesarisque sui Caroli IV. retuli, de pluribus adhuc aliis Ciuitatibus monere oportet. Argentinae tribubus anno 1352. ius ad senatum post turbas inter ciues *Hausgenossen* dictos et opifices ortas pro parte cessit, sed postea ad annum 1482 vsque septem adhuc reuolutiones sequutae sunt. Eodem anno Senatui Moguntino XXII ex Tribubus commixti sunt; ex quo discrimen inter Senatum veterem (*dem alten Rath*) et nouiorem (*dem neuen Rath*) ibi inualuit. Querentibus ciuibus Hagenouienfibus Imperator Ludouicus Bauarus a. 1324. id iuris concessit, vt Scabinis XII. alios XXIV ex plebe f. opificibus addere valeret. Wormatia hoc tempore eandem subiit conditionem h). Grauamina plebis Spirensis contra Patricios (*Münzherren*) nominatos quoque eiusmodi formulae mutationi ansam dederunt i). Sed plura, quae facili negotio adderentur exempla proferre superfedeo, quum ex allatis iam satis pateat, Aristocratiam fere vbique ciuitatum ob abusus suos cum formula magis democratica commutatam fuisse. At quoque formula tribunitia Ciuitates non diu contentas fuisse, temporum sequentium monumenta comprobant. Quae enim damna abusus tribunorum procreauerint, Augusta Vindelicorum instar omnium exempli loco esse potest. Consul enim plebeius, *Schwarz*, cui turba adhaesit, pro lubitu suo decernebat, quae sibi suisque affectis grata essent. Iustitiam plus offerenti quasi vendebat, ac ipsius Ciuitatis patrimonium spoliabat. Qui vero ipsi se opponere ausi sunt, odio ac vexationibus persecutus est, imo conciuēs patriotas, qui Imperatori statum ciuitatis miserrimum detegere officium censebant, criminis perduellionis accusatos vltimo supplicio affligi iussit. Sed tandem *Schwarzius* quoque tot tantorumque facinorum reus poenam iustam vltimo supplicio luit k).

Abusus

Abusus huiusmodi, seditiones ac turbæ, quibus Seculo XVI. aliae causæ accesserunt, Imperatores sæpius ad formulam ciuitatum immutandam mouerunt. Nullus eorum hanc ob rem Carolo V. celebrior, qui Democratiis inimicus eas quam maxime refrinxit. Fautor, quem plebei Lutheri reprobationi sacrorum exhibebant, et auxilium Ordinibus imperii euangelicis bello præsertim Smalcaldico præstitum non vltima ipsius odii ratio fuisse videtur. Quod inde veritati magis accedit, quum post exitum huius belli Euangelicis infelicissimum denuo formulas Ciuitatum mutandas, ac subinde magis aristocraticas reddendas curauit. Augustæ Vindelicorum *l*), Vlmæ *m*) aliisque ciuitatibus imperii per Sueuiam anno 1548 sequentibusque fere eadem mutatio regiminis contigit. Hinc tot Ordinationes electionis Magistratum ex hoc tempore apud Moserum *n*) et Lünigum *o*) exhibentur. Quum vero postea res euangelicorum meliorem expertæ sint conditionem, pristina formula, in quibusdam ciuitatibus restaurata legitur. Hoc quoque Augustæ Vindelicorum ab Electore Mauritio victore factum et senatus tribunitius restablitus est. Senatui tamen Elector, si illi placeret, cum ciuibus tanfigendi potestatem concessit. Plebei ad curam regiminis XV. patricos aduocarunt, qui cum XL tribunis plebis Senatum constituerent. Nouum vero pactum (*Zunftbrief*), quod Elector Mauritius intendit, ciuitas condere noluit. Sed Carolo V. Augustam veniente Tribuni plebis denuo e Senatu dimissi, aedes vero Conuenticulis tribuum dicatæ salua tamen suprema Senatus inspectione et administratione seruatae, ac consilium maius, *der grosse Rath*, quoque restitutum est. Loco Tribunalium vero aliud genus directorum, *Amtsvorsteher*, dictorum tribubus præpositum est *p*).

Nec seculum XVII exemplis, quæ huc facere possent, destitutum est. Attamen asserendum esse videtur, mutationes, quas hoc seculo formulæ ciuitatum imperii subierunt, non tam ad formulam ipsam, quam subiecta religionis ergo pertinuisse. Edictum Ferdinandi II. 1629 in præiudicium euangelicorum emanatum eiusmodi mutationis e. gr. Augustæ Vindelicorum
causa

causa fuit. At salua ciuitatis formula subiecta tantum catholica in loquum euangelicorum ferrogata sunt.

Tandem et seculum, quo viuimus XVIII. plura exhibet exempla ciuitatum, quarum formula subinde aliquatenus immutata vel curatus, ac saluti publicae conformius determinata est. Sed haec omnia et singula euoluenda alii tempori referuo.

- a) Cfr. Gen. ac III. de *Seibom* Element. iuris Germ. §. 331.
 b) cit. *Stüler* de republica Helueticor. L. I. p. 58.
 c) cfr. *Anmerkungen über die Geschichte der Reichsstädte* p. 274. qui auctor plura notata dignissima de commercio inter Ligoniam, Italiamque refert. Sed quod historicos male habet, sine testimonio lectorem dimittit.
 d) Iam a. 1299. nomina magistrorum tribuum leguntur. cfr. saepe all. *Priefer*. p. 83.
 e) *Heberlin*. all. T. I. p. 318.
 f) v. *Stetten* Geschichte der R. Stadt Augspurg. I. B. p. 116-122.
 g) *Wagenfeil* Comm. de Republica Norica. p. 180.
 h) *Lehmann* Chron. Spir. L. VI. c. 3.
 i) quae ample relata apud *Lehmann* all. l.
 k) v. *Stetten* Geschichte der Stadt Augspurg. I. B.
 l) v. *Stetten* all. I. B. p. 454. seqq.
 m) *Crusti* Annales sueuiae ad annum 1548.
 n) in *Reichsstädte*. R. Handbuch II. B.
 o) in saepe all. *Reichsarchiv* Part. spec. Cont. IV. T. XIII et XIV.
 p) v. *Stetten* all. l. L. B. p. 480. 491. 496.

Pars posterior.

DE

NEXV IPSO, SEV DE IVRIBVS AC OBLIGATIONIBVS,

QVAE

INTER MAGISTRATVM ET CIVES OBTINENT.

S. I.

Nexus, qui inter magistratum ciuesque ciuitatis imperii obinet, pro varietate iurisdictionum inter se relatorum varius cogitari potest. Non enim solum magistratus et omnes ciues in corpore, sed quoque magistratus et partes ciuium, quin singuli ciues, contra quoque vero magistratus singula membra et ciues vniuersim vel singulatim sumti ad se inuicem referri, ex eaque tunc relatione iura et obligationes elici possunt. De nexu vero omnimodo agere, fines libelli academici vetant. Nec determinatione aequae vtriusque opus est, dum non vbique dubia momenti eiusdem occurrant. Sic exempli gr. extra dubium est, ciues singulos ciuitati suae ipsiusque administratoribus subesse. Quod vero de membris magistratus singulis quoque asseri posse, nec defensores Aristocratiae pertinacissimi facile denegant. At secus quam maxime res se habebit, si nexus, qui inter magistratum et ciues, qua corpus adest, naturam inquirere volueris. Tanti illi censui, qui peculiari libello, quo hactenus destituti fuimus, pertractaretur. In illo autem explicando ea vti animus est methodo, vt primum de hocce nexu eiusque fundamento in genere verba facturus, dein vero quoque ad iura singula, in quibus nexus ille apparet tractanda transiturus sim.

S. II.

Quaestio, *quinam nexus adsit inter magistratum ac corpus ciuium eo maioris est momenti, quo facilius ex determinatione illius*

lius curatori iura singula inde dependentia elici poterunt. Et hic diuersi diuersa sentientes tibi occurrent. Alii omnia quaecunque magistratui ceu domino territoriali vindicare student; alii contra, sed numero multo pauciores populo potestatem iusto plus maiorem asserendam esse, verius iudicant. Sed vtramque partem iam saepe lapsam fuisse, et adhucdum labi diuersitas formularum, quae in ciuitatibus imperii subesse solent, et sententiae, praesertim in Consilio aulico latae, quemlibet certiore reddere possunt. Alio modo enim res se habet in ciuitatibus magis aristocraticis, alio vero quam maxime in iis, quae Democraticae magis sapiunt.

S. III.

Antequam vero in ipsam nexum illius naturam inquiram, de fundamento (quaedam ex quibus illum determinari oportet, praemonenda erunt. Alia enim tibi erunt fundamenta decidendi, si de ciuitate imp. quadam peculiari quaeras, alia, si nexum illum in genere in ciuitatibus imp. generatim obtinentem considerare velis.

In iuribus enim ac obligationibus ciuitatis imperii alicuius singularis ad sequentia tibi respiciendum erit, sc.

- 1) ad Leges s. pacta fundamentalia varia sub forma ac nomine edita. Refer huc recessus inter magistratus et ciues *a*) alibi concordata dicta *b*) Goffelbriefe *c*), Zunftbriefe *d*), Schwoerbriefe *e*), interdum statuta quoque, quamuis haec regulariter ius priuatum denotent, transactiones *f*).
- 2) Multa quoque iura originem obseruantiae cuidam debent *g*).
- 3) Leges imperii ipsae interdum ciuitatis alicuius formulam determinarunt e. gr. pax Osn. Augustae Vindelicor. Dunkelspühlae, Biberaci et Rauenspurgi *h*).
- 4) Saepius quoque Imperatores constitutionibus peculiaribus ciuitatibus formulam regiminis scripserunt. Otto Magnus libertate iam vrbes plures donasse dicitur — Inter Imperatores vero aevi posterioris ciuitatibus prae reliquis Rudolphus

phus II. Ludov. Bav. Carolus IV. Carolus V. Ferdin. II. et Carl. VI. Quos inter tamen primas tenet Carolus V. qui plurimarum ciuitatum praefertim Sueviae occasione motuum religionis et belli smalcaldici ordinationes electorales, *Wahl-Ordnungen* et vna cum illis pterumque regiminis formulam ipsam immutauit.

6) Nec desunt plurimae consilii aul. imper. aequae ac Camer. sententiae, quibus formula interna ciuitatis alicuius innovata vel specialiter determinata est. i)

Haec omnia tibi primum considerata sunt, nec nisi illis deficientibus ad naturam ciuitatum imp. generatim spectatam confugere licet.

Quod vero naturam Ciuitatum imp. in gen. considerarum attinet, cognoscitur illa

- 1) ex notione ciuitatis imp. k)
- 2) ex LL. imp. et Obseruantia.
- 3) ex priuilegiis ciuitatibus vniuersi concessis.
- 4) ex sententiis et rebus iudicatis quibus aliquid iuris generalis immixtum esse intelligitur.
- 5) ex actis publicis e. gr. Declaratione Ferdinand I. - Libellis supplicibus Ciuitatum imp. variis actis pacis Westphal. ergo celebratis, aliisque huc spectantibus.
- 6) ex analogia, qua duce hoc quoque loco plura erunt possunt, alias ob dispositiones expressas deficientes obscura. Attamen illam non nisi caute adhibendam esse moneri debet l).

Ante omnia enim in ciuitatum imp. quae inter se comparari desiderant, naturam, quo magis similitudo vel maior vel minor inde elici possit inquirendum est. Quo maior illa apparet, eo securius quoque analogia vti possimus; ex quo confectarii instar haec prono alueo deduci possent videntur.

Ciuitates magis aristocraticae cum ciuitatibus eiusdem generis, et magis democraticae quae cum eiusdem generis ciuitatibus recte comparari possunt.

Nec tamen inter ciuitates imp. diuersae formulae seu magis aristocraticas ac magis democraticas omnis cessat analogia. Quaecumque enim formulae specialioris diuersitas adsit, omnes tamen ciuitates imp. sunt, et in hoc saltem conveniunt. Haud raro vero difficile reddi, quaeenam ex natura ciuitatis imp. in genere, quaeenam vero potius ex formula magis determinata deduci debere, nec ego inficiabor.

7) Nec iuri communi omnis usus in iuribus ciuitatum imperii denegandus videtur. Omnia enim quae de vniuersitatibus generatim leges ciuiles vel ecclesiasticae continent, ad ciuitates imp. ac vniuersitates recte applicantur.

- a) Quorum plures sola Hamburgens. ciuit. exhibere potest. cfr. *Lünig* Reichsarchiv. Part. spec. Cont. IV. T. XIII.
- b) e. gr. Francof. ad Moenum all. *Lünig*. T. XIII.
- c) e. gr. Coloniae. agripp. Aquisgran.
- d) Augustae Vindelicorum, v. *Szerren* Geschichte der Stadt Augspurg P. I.
- e) e. gr. Ulmae lex adhuc inedita, quae in lucem produci meretur.
- f) e. gr. August. Vind. 1584.
- g) *Moser*. Reichsstadt. Reg. Verfass. L. I. c. I. §. 12, p. 19.
- h) Instr. Pac. Osn. art. 5. §. 3-11.
- i) Quorum exemplorum siluam apud *Moserm* in Reichsstadt. Regim. Verfass. passim inuenies.
- k) v. *Seibow* §. 157. et *Moser* von den Reichs-Ständen. II B. 5. C. §. 2. p. 1045.
- l) *Moser*. Reichsstadt. Reg. Verfass. L. I. C. I. §. 5. p. 6.

§. IV.

Quibus praemissis in nexum ipsum in genere curatius inquirere liceat. Quo ipso simul ad quaestionem illam deuoluor:

Vtrum

Vtrum superioritas territorialis s. potestas suprema in ciuitatibus imp. penes Magistratum, an penes magistratum et ciues simul sit?

Quae eo maioris est momenti quum ex illius resolutione plurima, quin omnia in ciuitatibus imp. pendere iura, quae hic consideranda sunt, nec me monente quilibet rerum harum gnarus facili negotio perspecturus est. In eo tantum non omnes saltim conueniunt, in ciuitatibus imp. quibus formula magis democratica est, superioritatem territorialem et magistratui et ciuibus ius commune esse; in ciuitatibus vera magis aristocraticis potius magistratui soli hanc potestatem asserendam esse. Prouocant quoad posterius ad ciuitatem Norimbergensem, quae, quod nec ego negare volo, inter omnes ciuitates imperii formulam maxime aristocraticam sapit. Sed quaenam dubia contra hoc exemplum idque praeterea vnicum oriri possent, postea adhuc plenius exponere animus est. Mihi sententia illa verior, vel saltem verosimilior esse videtur, qua defenditur

Superioritatem territorialem in omnibus et singulis ciuitatibus, saltem quoad ius ipsum, non soli magistratui competere, sed potius toti ciuitati, i. e. magistratui et ciuibus simul sumtis iure asserendam esse.

Quod vero hactenus assertionem nudam fuisse videri oportet, curatius nunc probandum sumam. Nec notioni ciuitatis imp. latius explicandae, quamuis ex ea forsitan plura, quae ad rem facerent, erui potuissent, immoraturus, ad argumenta alia eaque grauiora nunc transeo.

Leges imperii quidem expresse curateque de superioritatis territorialis in ciuitatibus imperii subiecto nullibi constituisse videntur; eo frequentiora vero earum vestigia supposuisse videntur, magistratui et ciuibus simul hanc potestatem attributam fuisse. Quotiescunque enim leges imp. nostrae quid disposuerint, quod ad ciuitates imperii pertineat, non magistratus, sed ciuitatum vniuersarum mentionem iniiciunt. Id quod sexcentis probare possem exemplis, ni res ipsa luce meridiana clarior esset a). Praeprimis vero id ex loco quodam Instrumenti Pacis Osnabr.

vbi de iure reformandi agitur, patet. In Art. enim V. §. 29. cuius verba hic repeti omnino merentur:

„Liberae imperii ciuitates, prout omnes atque singulae sub
 „appellatione Statuum imperii non tantum in Pace Religio-
 „nis et praesenti eiusdem declaratione, sed et alias vbique
 „indubitate continentur, ita et ex illarum numero eae, in
 „quibus vnica tantum Religio Anno 1624. in vsu fuit, tam
 „ratione iuris reformandi, quam aliorum casuum Religio-
 „nem concernentium in territoriis suis, et respectu subdito-
 „rum non minus ac intra muros et suburbia idem cum reli-
 „quis statibus Imperii superioribus ius habeant; adeoque de
 „istis generaliter disposita et conuenta, de his quoque dicta
 „et intellecta sunt, non attento, quod in iis ciuitatibus, in
 „quibus praeter Aug. Confessionis exercitium nullum aliud
 „a magistratu et ciuibus iuxta morem et statuta cuiusque lo-
 „ci, anno 1624. introductum fuit, aliqui Catholicae Reli-
 „gioni addicti ciues commorentur; vel etiam in aliquibus
 „capitulis, Ecclesiis Collegiatis, Monasteriis et Coenobiis
 „ibidem sitis, immediate vel mediate Imperio subiectis,
 „inque eo statu, qui fuit die prima Ian. an. 1624. deinceps
 „quoque cum clero intra praedictum terminum non intro-
 „ducto, et ciuibus Catholicis pro tempore ibi existentibus,
 „tam actiue quam passiue omnino relinquendis, Catholicae
 „religionis exercitium vigeat.

Ius reformandi Ciuitatibus ad istar statuum imp. aliorum concedi-
 tur. Quomodo vero a magistratu et ciuibus hocce ius exercen-
 dum sit, paciscentes determinationi morum et statutorum loci
 dimiserunt. Quod vero potissimum huc facit, est, quod pax praedi-
 cta ius reformandi magistratui et ciuibus, nec ergo soli magistra-
 tui, nec alternatiue quidem sc. pro diversitate formulae largita
 fit. Ad hanc enim respiciendum non esse, ex tractatibus pac.
 West. patet, quos ideo h. l. curatius excitare (b) superfedeo, quum
 illorum postea mentio repetenda erit. Imperatori quoque nec
 olim nec hodie mentem fuisse, magistratui ciuitatum imperii soli
 su-

superioritatem territorialem concedere, postea fatis superque euincetur.

Priuilegia Imperatorum quoque ciuitatibus imp. concessa non tantum ad magistratum, sed et simul ad ciues vniuersos directa apud eos, qui eiusmodi priuilegia exhibent, leguntur (c). Nec id de illis priuilegiis, quae iura omnibus ciuibus communia continent, sed quoque de his, quae ciuitatis regendae ordinem concernunt, valet.

- a) Sic ex. gr. Instr. pac. Osnab. art. 8. §. 4. Cuius verba sunt: Tam in vniuersalibus vero quam particularibus Diactis *liberis ciuitatibus* non minus quam caeteris statibus imperii &c. ex quo patet, civitates, quae magistratu et ciuibus simul sumtis ceu partibus essentialibus suis constat.
- b) confer. *Moser Reichsstädt. Reg. Verfass. II. B. C. 1. p. 498.* vbi colloquitur inter Legatos Caesarem et deputatos ciuitatum extractum subiungit.
- c) *Euoluas Lunigs Reichs Archiv. Pars spec. Contin. IV. T. XIII et XIV,* et in omni pagina assertionis confirmationem inuenies.

§. V.

Praeter leges imp. plura ad huc occurrunt vestigia, ex quibus fatis patet, Imperatores magistratus ciuitatum imperii ceu dominos territoriales non agnouisse. Ferdinandus I. tum adhuc romanorum rex, occasione pacis religiosae componendae intuitu ciuitatum imperii iurisque reformandi illis competentis sese declararis, ciuitatibus, in quibus utraque viguerit religio, promissit, in fauorem illarum paci, quae ex re viderentur insertum iri. Cuius resolutionis rationes non solum conseruatio pacis ac securitatis internae ciuium inter se, sed et sequens exhibetur:

„sondern auch nach Gestalt der Bürgerschaft und Einwohner der Frey und Reichsstädten billich und gleichmässig seyn, in Betrachtung, daß die Bürgerschaft in denen Frey und Reichs-Städten alle zugleich und ohne Mittel den Römischen Kayfern und Königen und dem Heiligen Reich so wol als andern mehren Stünde unterworfen, und so nun andere Reichsstände die alte Religion oder Augspurgische Confession zu hal-

halten frey seyn wollen, so mag solches den Bürgern der Frey und Reichs-Städten auch nicht wohl unterlagt werden, und würde nicht wenig beschwerlich seyn, daß der wenigste Theil einer Frey oder Reichsstadt sich durch der mehrentheils Stimmen im Rath oder Gemein von seiner itzto habenden alten Religion und Kirchen-Gebräuchen zu der Augspurgischen Confession oder herwiederum von solcher Confession zu der alten Religion dringen müsse lassen, dieweil doch Gleich über seines gleichen keinen Gewalt hat, sondern in solchen hohen und wichtigen Sachen des Glaubens und Religion, und wodie Bürgererschaft gar oder zum Theil der Religion halben einiger Obrigkeit folgen, und sich weihen soll lassen, daß sie niemand anders billiche folgen sollen, als ihrer rechten ordentlichen Obrigkeit, der obgedachten Kayserlichen Majestät &c. a).

Ex quo quilibet se certiolem reddere potest, Ferdinandum statuisse, omnes ciuitatis imp. ciues, non solum magistratum sibi ac imperio subesse, indeque subiectionem ciuium sub magistratus superioritatem simul abnegasse. Sicut enim Status imperii alteri non est subiectus, sic nec ciues, quos Imperator noster statibus imp. aequiparare non dubitauit, Magistratui subiecti sunt. Paritatem conditionis utriusque partis magistratus scilicet et corporis ciuium ceu rationem nouam, quae subiectionem omnem respicit, summus pacifer addidit. Quod postea ciuitates Argentoratensis, Francofurtensis, Ratisbonensis, Norimbergensis, Eslingensis et Rothenburgensis Legati agnoscere non morati sunt b).

Parimodo decreto Imperatoris Mathiae anno 1613 in Caufa Castrae ac Ciuitatis Fridbergensis asseritur:

„Daß der Rath mit denen darzu gehörigen Gliedern und Bürgern ein unmittelbarer Reichsstand seyn und bleiben solle bb).

a) exhibet illam Lehmann de Pace religiosa acta publica et originalia, L. I. c. 17.

b) all. Lehmann L. I. c. 19. in fin.

bb) Moser von Reichständen L. II. c. 5. §. 192. p. 1210.

§. VI.

Eadem principia iudicata Tribunalium imperii supremorum iam dudum prodiderunt et adhucdum produnt. Post pacem religiosam Augustae 1555 conditam, cuius interpretatio controversis innumeris ansam dedit, Camerae imperialis iudicium sententiam, quam tenuit, exposuit. Ex votis apud *Lehmanu a*) eam quilibet perspicere potest. Exempla quaedam proferre liceat. In causa ciuium euangelicorum Coloniensium contra magistratum eiusdem ciuitatis votum quartum inter alia continet sequentia, quae huc faciunt:

N. 1. „Im Religionsfrieden werden die *Obrigkeiten* UND *BÜR- GERSCHAFTEN* in den Frey und Reichstädten für einen Stand des Römischen Reichs erkannt und gehalten.“

Voti sexti sententia fuit:

„die *Bürgerchaft* in den Reichs-Städten halte es (sc. votum) für einen Stand des Reichs, ein Rath aber als Obrigkeit habe derselben Gebott und Verbott in Religions-Sachen zu setzen.“

Votum nonum.

N. 6. „In den Reichstädten werde der *Rath und Bürgerchaft* als ein *corpus* für ein Stand des Reichs gehalten. Und ein Theil der *Bürgerchaft* ist für keinen Stand sondern nur für Glieder seines corporis zu schätzen.“

Consilium imperiale aulicum quoque nouiori aevo explicite aequae ac implicite Magistratui soli superioritatem denegauit, in eiusque assertores grauius animaduertendum iudicauit. In motibus sc. Francofurtanis Magistratus potestatem supremam sibi vindicare, ciues contra eum subditos habere ausus est. Quod ad iudicium Augustissimum delatum sententiam anno 46. huius seculi effecit sequentem; Postquam scilicet mentio ac animaduersio magistratus inobedientiae ratione collectarum, Vermögens-Steuer, dictarum, eiusque audaciae conclusa iudicii imperialis sub et obreptionis accusandi facta est, huius contumaciae rationes afferuntur.

D

„Die-

„Dieses ungeziemende Betragen des Stadt-Magistrats rühre (wie
 „dessen exhibita deutlich zeigten) daher, daß sich derselbe,
 „ungeachtet er deswegen von Kayserl. Majestät schon vor-
 „mals gewarnt worden, einbildet, als wann ihm die Superio-
 „ritas territorialis über die Kayserliche und des Reichs freye Stadt
 „Frankfurt zukomme, die dasige Burgerschaft seine Untertha-
 „nen seyen, und er hingegen sich als ein Mitstand des Reichs auf-
 „führen, und derjenigen Vorrechte, die Fürsten und Ständen des
 „Reichs zukommen, anmassen könne. Ihro Kayserliche Majestät
 „würden zwar dero und des Reichs Stadt Frankfurt bey ih-
 „rer Superioritate territoriali schützen, und dieselbe von nie-
 „mand kränken lassen, auch allerdings darauf bedacht seyn,
 „das Ansehen, Autorität und Respekt des Magistrats zu hand-
 „haben, befehlten hingegen denselben auch, in seinen Graenzen zu
 „bleiben, und sich denen Ständen des Reichs nicht gleich zu ach-
 „ten, sondern wie er in der That nichts anders ist, als ein Colle-
 „gium solcher Männer, die Autoritate Caesarea von der Bür-
 „gerschaft erwählet worden, nicht iure proprio zu regieren,
 „sondern als bestellte Administratores dem gemeinen Wesen vorzu-
 „stehen, Er der Stadt-Magistrat habe sich also darnach zu ach-
 „ten, und mithin die ihm aufgetragene Verwaltung nach alten
 „und neuen Kayserlichen Privilegien, Verordnungen und Er-
 „känntnißsen, als worauf er ja beeydiget werde, zu führen b).

Ex quo concluso, cui definitio vel saltem descriptio magistratus
 ciuitatis imperii inserta legitur, rursus ac insufficienter apparet,
 quinam nexus inter Magistratum ac Corpus ciuium statuendus
 sit.

Principia in hoc Concluso prodita, idem Tribunal Augustis-
 simum sexcentis aliis in locis incidenter repetere ac confirmare
 non omisit. Conclusum Consilii Imp. aulici de 24. Sept. 1751.
 in causis ciuium Giengensium contra Magistratum suum, hunc vocauit
 „ihr nachgesetztes Oberhaupt“, illi vero, „eine unbeschränkte
 Herrschaft“, denegauit (c). Breuitatis ergo alia adde-
 re nolo.

Legati

Legati Caesarei ad negotium pacis Westphalicae missi in colloquio 1647. d. 6. Febr. cum Euangelicis, cum primis autem civitatum Deputatis eadem foverunt principia. Cuius rei curatius noscendae gratia verba ipsa in actis publicis obuenientia inferere lubet.

„Langenbek post nonnulla: Quaesitio fecus allhier: ob das ius Reformandi bey dem Magistratu bestehe? Hr. Otto. In den „Städten, welche der Evangelischen Religion allein zuge- „than. Hr. Oelhasen. Diesen Reichs-Stäten haetten eine „Zeithero fast alle ihre Iura disputirt werden wollen. Herr „Vollmer: *Soli Magistratui Civico non posse talem potestatem „adscribi, sed cum civibus unum Corpus eum ipso constituentibus.* „Hr. Langenbek. Das seye wahr, aber nicht indistincte, „sondern pro forma Reipublicae, vornehmlich wo status De- „mocraticus sey. Herr Oelhasen: Bei wem die Superiori- „tät bestehe, der habe auch das Ius Reformandi. Hr. Graf „Trautmannsdorf. *Nicht der Magistratus allein, sondern die „das Corpus Reipublicae machen: v. gr. zu Nürnberg sey „status Aristocraticus etc. d).*

- a) de pace religiosa acta publica L. II. de interpretatione Pacis religiosae.
 b) Integrum Conclusum exhibent *Selecto iuris publici nouiss.* P. XIII. C. 1. §. 1. Extractum, quoad passus concernentes, dedit Moser in *Reichs-Städt. Regim. Verfass.* L. I. c. 2. §. 16. p. 64.
 c) Moser. *Reichs-Städt. Reg. Verfass.* L. I. c. 17. §. 54. p. 430.
 d) Hunc locum ex v. Meiern actis pacis Westphal. excerptum exhibet saepe all. Moser in *Reich-Städt. Regim. Verfass.* L. II. c. 1. p. 498. sq.

§. VII.

Aliud argumentum idque, prout mihi saltem videtur ad affectionem meam firmandam grauissimum, est confessio ciuitatum imperii ipsarum tam Catholicarum, quam Euangelicarum, tam corporis quam singularum. Quae omnia latius exponere ac adducere operam dabo. Ciuitates imp. euangelicae religioni additae in litteris commendatiuis ad statuum imperii euangelicorum legatos comitiales sequentem in modum se declararunt.

D 2

„Wann

„Wann aber die Bürger in Reichs-Städten dem Reich und der Kayserl. Maiestät ohne Mittel verband seynd, (wie dann der Huldigung halben, die sie einem jedem Römischen Kayser thun, nicht kann leugnen) so folget, daß sie nicht weniger als die Freyen vom Adel dieses beneficii theilhaftig, ob sie gleich respectu der Stadt in den Städten privati, wie die vom Adel ratione der Stände seynd. Bevorab die Magistratus in den Städten gegen ihren Mitbürgern nicht wie andere Churfürsten, Fürsten und Herrschaften gegen ihre Unterthanen zu achten, welche reuera ihrer Herrn Unterthanen, diese (sc. ciues ciuit. imp.) sind aber der Stadt Obrigkeiten mit nichten von ihren Unterthanen. Aber der Rath in Städten haben keine andere Obrigkeit, weder die ihnen ihre Mitbürger ad tempus allein und gar nicht in perpetuum electione gönnen und geben.“

Quas litteras subscripserunt der Angspurgischen Confession-Verwandte, Ehrbaren, Frey und ReichsStädte Abgesandten a).

In litteris ciuitatum imperii euangelicarum anno 76. seculi XVI. ad Ordines collegiorum superiorum euangelicos item expresse afferitur :

„In Ansehung, daß der Rath in den freyen Reichsstädten mit nichten allein den Stand im Reich hält, sondern der RATH UND BÜRGERSCHAFT HEISSEN die STATT; und aus diesem folgt nothwendiglich; dieweil die Reichstände des Religions-Friedens fähig, und aber die Bürgerschaft der Reichsstädte ein Fürnehmer, ja der grössste Theil einer jeden Staett und Standes seynd - - Die vom Rath seynd gleichwol das Haupt doch nicht anders, denn durch die Wahl der ganzen Bürgerchaft; aber die Bürgerschaften seynd der Leib, und können alle Jahr ad dignitates durch die freye Wahl kommen d).

Ciuitates Catholicae postea idem tempore pacificationis Westphalicae defenderunt. Anno enim 46 seculi XVII. die 29. Ian. Catholici, sub quibus et catholicae ciuitates iure comprehenduntur, ad grauamina ab Euangelicis prolata inter alia responderunt.

„Zum

„Zum 2) hat es mit den Reichsstädten diese Bewandniß,
 „dafs Rath und ganze *Communität*, alle zugleich, ohne Mittel
 „Ihrer *Kayserlichen Majestät*, und dem Reich unterworfen seyn,
 „immassen Kayser Ferdinandus I. Glorwürdigster Gedächtniß,
 „bei Abhandlung des Religions-Friedens in seiner Erklärung
 „den 30. Augusti den sämtlichen Reichs-Ständen mit mehrerm zu
 „Gemüth geführt, gestallt dann auch *Bürgermeister* und
 „Rath in den Reichs-Städten das *Dominium Jurisdictionis* gegen
 „der *Bürgerchaft* nicht haben, sondern nur ihre *Vorsteher* und
 „*Gubernatores* seyn, worzu sie durch die *Wahl* von den
 „Bürgern selbst verordnet, im übrigen aber ihnen sammt
 „und sonders alle *Recht, Gerechtigkeiten und Privilegia* gemein
 „sind“ b).

Vtrumque exemplum, quod intendi, confessionem sc. Corporis
 Ciuitatum imperii exhibere, nemo quidem erit, qui dubitet.

Singulas quoque ciuitates idem confessas fuisse, sexcentis
 exemplis, si opus esset, confirmari posset. Ne vero lectorem
 absque omni eiusmodi exemplo dimittam, quaedam in medium
 proferre lubet. In Praefatione Recessus, qui mediante Commis-
 sione Caesarea post motus inter Senatum ac Ciues Ciuitatis Ham-
 burgensis anno X. huius seculi ad instar legis fundamentalis sta-
 bilitus est, intuitu potestatis supremae sequentia determinata
 sunt.

„Weilen die Grundverfassung hiesiger Regimentsform darinn
 „beruhet, es auch von uralten Zeiten her iedesmal so gehalten
 „und beobachtet worden, daß das höchste *Recht und Gewalt* bey
 „E. C. Hoher *Magistrat* und der *Erbgeseßenen Bürgerchaft*, selbige
 „bey Rath und Bürgerconventen über die gemeine Stadt Wohl-
 „fart und Angelegenheiten zu rathschlagen bey einander ver-
 „samlet gewesen, *coniunctim* und *zusammen*, nicht aber einem
 „oder andern *Thail* *privatim* und *allein* bestanden - - so
 „bleibet und wird solches als ein unveränder- und unwider-
 „roßliches *Fundamental-Gesetz*, woranf alle andere Stadt-
 „Verfassungen sich gründen, und daraus ihren Ursprung
 „nehmen müssen, hiemit nochmalen bestätigt“ c).

Nec

Nec sicco pede praetereundum est, ciuitates imperii actis publicis litteris commendatitiis aliisque non solum magistratus sed et ciuium vniversim mentionem inserere ab omni tempore solere. Iamiam Sec. XIII diplomata etiam ciuium meminerunt, e. gr. inscriptio de anno 1299. "*Prudentibus Viris, sculteto, Consulibus et VNIVERSIS CIVIBVS in Vlma.*" In diplomate Moguntino occurrunt Camerarius scultetus, iudices, Consilium, et *vniversi ciues*. In litteris Ciuitatis Argentoratensis ad Ciuitatem Francofurtanam anno 1254. datis introitus sequens adhibetur: *D. G. Episcopus Argentinenfis Magistri, Consules et VNIVERSITAS CIVIVM iurisprudentibus, Sculteto, Scabinis ac Consulibus et VNIVERSITATI CIVIVM Francofurtensium d.*

Alia addere supersedeo, quoniam res pluribus non indiget testimoniis. Quilibet collectiones diplomatum peruoluens, largam messem huiusmodi exemplorum sine vilo negotio facere potest.

- a) has litteras exhibet *Lehmann* all. de pace relig. L. II. 27.
 b) *Moser* all. *Reichsstädte Regiments-Verfassung* T. I. L. 4. c. I. §. 15. p. 484.
 c) *Recessus* hiecc iuri publico ciuitatum in genere aeque ac illi Hamburg. notabilissimus exhibetur in *Lünings Reichs Archiv*. Part. Spec. Cont. IV. T. XIII. p. 1225.
 d) *cfr. Anmerkungen über die Geschichte der Reichsstädte vornehmlich der Schwäbischen*. T. I. p. 95.
dit, *Moser* in tr. von den Reichsständen. L. II. C. 5. §. 192. p. 1209.

§. VIII.

Tandem quoque assertio mea, superioritatem sc. territorialem non nisi magistratui et ciuibus simul sumtis competere, ex consensu Doctorum iuris publ. celeberrimorum satis superque firmatur. Inter hos virum Generosissimum ac illustrem DE SELCHOW, Praeceptorem meum solidissimum aeque ac humanissimum, nominare reuerentia et gratis animus iubent. Hic enim vir celeberrimus inter ius superioritatis ac illius exercitium sollicite distinguendum censuit, hoc quidem magistratui auctoritate caesarea et ciuitatis nomine reliquit, ius tamen ipsum toti ciuita-

vita-

vitati seu magistratui ac civibus simul sumtis vindicare non dubitavit *a*). Cum viro Celeberrimo Auctor ille, de iure publico germanico iam dudum meritissimus, MOSERVS idem sensisse videtur, vt ego quidem ex variis locis colligo, in quibus mentem suam declaravit. Magistratum enim ciuitatis imperii solum statum imperii esse expresse negavit, ac potius vtramque partem, magistratus sc. ac ciues hac qualitate comprehensos esse, fenex venerandus censuit *b*). Idem alio loco *c*) magistratus tantum administratores iurium vniverso corpori competentium enunciauit.

a) cf. V. C. *Elementa iuris publ. germ. T. I. Parte Spec. L. II. c. II. S. 2. §. 425.*

b) *Moser von den Reichsständen. p. 1209. et Reichsständ. Reg. Verfass. p. 64. 523. 534.*

c) *Diff. de pactis et priuilegiis circa religion. §. 52.*

§. IX.

Quae hactenus ex Legibus imperii, Constitutionibus ac priuilegiis Imperatorum, iudicatis Tribunalium Imperii Augustissimo- rum, ipsarum Ciuitatum confessione, aliisque produxi, assertioni meae subiectum superioritatis territorialis in ciuitatibus concernenti probandae satis prout mihi videtur inseruire possunt. Alia igitur argumenta, quae facile afferri possent, et rem magis adhuc firmarent, praetermitto. Inter quae id maximi est momenti, omnia et singula membra *a*) ciuitatum imperii homagium Imperatori ac Imperio omni aeuo *b*) praestitisse et adhuc dum praestare. Frustra hoc in territoriis Ordinum imperii superiorum quaereres. Subditi enim Domino territoriali suo homagium, non vero Imperatori debent. Ad homagium ceu argumentum paris conditionis magistratus et ciuium ipsae ciuitates in iis, quae supra exhibui, prouocarunt. Nec rem mutat iuramentum, quod ciues vel semel adepto statu ciuitatis, vel quotannis, an dem Schwörtag, magistratui suo praestare tenentur *c*). Nimirum in illo obedientiam quidem, non vero subiectionem, quae tamen homagii essentiam ingreditur, promittunt. Exempli loco iuramentum, quod ciues Ulmenses quotannis Consuli suo praestare con-

consueverunt, infra adducere lubet *d*). Errant igitur HERTIVS *e*). et KNIPSCHILD *f*) qui in ciuitatibus, quae superioritate territoriali participant, homagium obtinere defendunt, nisi homagio sensum latiore et strictiore attribuere malis.

Quominus interea subiectionem ciuium singulorum, magistratum vero quoque singulorum in relatione sc. ad ciuitatem uniuersim concedere, non est quod obstat. Quid inde concludere liceat, postea adhuc propius explicandum erit.

- a*) Sc. Senatum ac ciues singulos. Moser von Reichsfänden. L. II. c. 5. §. 180. p. 1201.
b) Formulam homagii a ciuitatibus praestandi sub Friderico III. exhibet Hevrius in Diss. de superioritate territoriali. §. 70. Formulam vero iuramentum, quod Senatus ac ciues Ratisbonenses ao. 1718 Carolo VI praestiterunt, Moserus von Reichsfänden L. II. C. 5. §. 180. p. 1199. exhibet. De Homagio Rudolpho I. a Senatu ciuibusque Augustanis 1276 praestito conf. v. Sreeren Geschichte der Stadt Augspurg. P. I. p. 77.
c) Moser Reichsfätt. Reg. Verf. I. B. 2 L. §. 21. p. 76.
d) Nondum illud in lucem prodire iustum est.
e) in Diss. de subiectione territoriali. §. 16.
f) In Tr. de iuribus ac priuileg. Civ. imp. L. II. c. 9. §. 21.

§. X.

Quomodocunque vero veritas sententiae, superioritatem territorialem in ciuitatibus imperii non nisi magistratui ac ciuibus simul sumtis competere, haecenus eruta ac vindicata fuerit, an idem de exercitio potestatis supremæ dicendum sit, differendi copiam nunc exhibebit. Et hoc loco experientia quemlibet conuincere potest, alio plane modo exercitium superioritatis se habere, indeque saltem non indistincte id alterutri parti attribuendum esse. In ciuitatibus enim imp. quas LL. numerare licet, mira in regimine adornando administrandoque occurrit diuersitas, quae ostensum praebet, quanta variatio Democratia cum Aristocratia mixta dari possit. Secundum ea, quibus haecenus probandis operam dedi, quaelibet ciuitas etiam quoad exercitium demoracratia esse, donec contrarium probetur, praesumenda est, cum nec mutatio, quae in formula magis aristocratica, ciuitatibus quoad ipsam su-

pe-

perioritatem non natiua, ostenditur, praesumi possint. Experientia duce mox quilibet certior reddi potest, nullibi ciuitatum imperii exercitium superioritatis territorialis pure aristocraticum vel pure democraticum, quod prudentiae civili e diametro contrariatur, sed potius mixturam vtriusque formae diuersis modis determinatam occurrere. Mox enim Aristocratia, mox vero Democratia praeponderat, at vtroque casu temperamentum addi non omisum est. Opportunum mihi videtur, nunc dubia, quibus Aristocratia pura in ciuitatibus imperii quibusdam adesse defenditur, resolueri, ad eaque pro virium modulo respondere. Tantum non omnes Norimbergae mere aristocraticam esse formam, et quidem non solum quoad exercitium, verum etiam quoad superioritatem ipsam defendunt, vel vnus post alterum repetit, nec tamen assertionem suam toties repetitam probare valuerunt. Quod ad hanc ciuitatem attinet, illam quoad ius saltem non esse aristocraticam, ea, quae de superioritate territoriali ciuitatum imperii generatim adferre studui, ita comprobare possunt, vt huic dubio amplius resoluendo supersedere possim. Quoad exercitium vero res proprius considerari meretur. Ex historia ciuitatis hoc loco nobis notandum est, regimen magis Democraticum tribunitium a Ludouico Bauaro, cui Plebs Norimbergensis strenue adhaesit, anno 1345. introductum ab aduersario suo Carolo IV. cuius Castra patricii Norimbergenses secuti fuere, unacum tribunis plebis in perpetuum abrogatum esse *a*; quae mutatio coniecturae, ab hoc tempore regimen ciuitatis Norimbergensis plane aristocraticam fuisse, quam maxime fauere videtur. Attamen fauere tantum videtur, quum forma paulo curatius cognita appareat, administrationem huius reipublicae aristocraticam concursu ciuium democratico suo modo temperatam esse, senatum enim non patricii soli, sed simul cum illis octo plebeiis ex octo artificibus desumpti constituantur *b*). Nec a muneribus grauioribus e. gr. cura aerarii, quin ipso Consulatu plebeiis penitus arcentur *c*). Temperamentum quoque, cuius antea mentionem inieci, potissimum per Consilium maius seu vti vocantur; *die Genanten*, a ciuibus honoratis, seu qui victum manibus non quaeritant, nisi quod et artifi-

E

ces

ces egregii huc merito referantur, formatum se exferit. Ex illius enim membris non solum Senatores eliguntur plebei; et ipsi tres electores in Senatu eligendo concurrunt, sed etiam, quoties Senatus tributum imponit, aut bellum indicit, toties sententiam ferre rogatur. Vtrum vero voto gaudeant decisivo, Senatum inter ac ciues hoc seculo adhuc coram Consilio imperiali aulico disputatum est *d*). Iudicio quoque, quod *Stadt-Gericht* vocant, et illi rusticorum plebei adfidere solent *e*).

Quae, me saltem iudice, iamiam ad dubium a republica Norimbergensi petiitum resoluendum sufficient. Ciuitatibus vero reliquis multo minus adhuc formula pure aristocratica attribui potest. Nec enim Augustae Vindelicorum, Ulmae, Lubecae, alibi que plebei ab omni regiminis cura penitus exclusi sunt. Augusta Vindelicorum enim Senatui ipsi praeter XXXI patricos, XIV personae ex reliquis ciuium ordinibus adscriptae, quorum tres quoque Consulatum ipsum gerunt, vnus vero honoribus aedilis fruitur *f*). Ulmae porro XVII adsunt Senatores ex ordine plebeio (*vom Gewerb und Handwerk*) qui Patriciis (*den Bürgern*) opponuntur. Quidam horum Senatorum ad Consilium secretius, in quo res arduae tractantur, concurrunt. Temperamentum vero Aristocratiae ex lege Ulmensi fundamentali (*Schwörbrief*) optime cognoscitur. In ea quidem administratio ciuitatis Magistratui soli in regula adscribitur, contra tamen in rebus maioris momenti (*in wichtigen Sachen*) cum ciuibus deliberare, diserte iubetur. Senatus electionem quoque, ad quam ciues magis minusue concurrunt, Ciuitates ipsae in locis supra allegatis fundamentum paris conditionis Magistratuum ac ciuium perspexere, qui concursus in Aristocratia pura, prout mihi videtur, vix ac ne vix admitteretur. Ex deductis procul dubio sequitur, Ciuitates quoad exercitium quidem superioritatis territorialis pure aristocraticas non dari, sed omnes diuerso tamen modo mixtas esse. Nec Norimbergam, Augustam, Ulmamque, a regula statim prolata, cur excipias, habes. Hae enim omnes ciuitates inter formam aristocraticam Democraticam temperatam et aristocratiam puram sed *limitatam* fluctuant. Ad posterius genus ideo illas quis re-

referre posset, quum Senatus in omnibus et singulis iuribus superioritatis exercendis concurrat, et tantum intuitu quorundam iurium ad consensum ciuium restringatur, ciues contra nullo gaudeant iure, quod independenter seu sine concursu Senatus exercere valeant, quod tamen natura formulae mixtae requirere videtur. Limitatae autem formae est natura, vt imperans tantum in exercendis iuribus vel magis vel minus, quod arbitrarium est, restrictus sit.

- a) *Wagenfeil* Comment. de republ. Norimberg. p. 188.
 b) *Idem* p. 196.
 c) *Idem* p. 194 et 195.
 d) *Idem* Conclufum Conf. aul. imp. de 21. Mart. 1735, quod apud *Moserum* in Reichsfädt. Reg. Verfass. L. I. c. 2. §. 17. p. 67. seq. extat.
 e) *Wagenfeil*. p. 198.
 f) v. *Sreyen* Geschichte der Stadt Augspurg P. I. p. 514. vbi originem huius formulae relatae inuenies.

§. XI.

Natura nexus, qui inter magistratum et ciues Ciuitatis imperii adest, satis considerata, nunc porro eius effectus propius determinandus erit.

Secundum ea, quae antea de superioritate territoriali deducere operam dedi, nulli obnoxium erit dubio, *ciues quidem ciuitatis suae, non vero Magistratus, siue magis, siue minus Aristocratici, subditos esse a*). Quod iterum probare ob ciuitatum ipsarum confessiones supersedeo. Frustra vero exinde quis concluderet, me prorsus negare, ciues Magistratui subesse. Subsunt enim omnino sicut subditi territoriorum officialibus a principe constitutis, sed nemo sane defensurus est, subiectos officialibus, horum quoque subditos proprie sic dictos habendos esse. Absque omni subiectione proprie sic dicta, alia adhuc eaque plura dantur fundamenta, ex quibus vnus alteri subesse potest, ea vero hic enumerare actum agere esset. In ciuibus ergo quoque subiectio in relatione ad magistratum suum statui nequit, quum huic nunquam homagium, quod soli Imperatori debent, sed iuramentum tantum fidelitatis simplex praestare tenentur.

Magistratus ciuitatum potius, dum harum iura territorialia exercent, administratores tantum sunt, non vero Domini territoriales, reliquis ordinibus imperii comparandi b). Ipsi quoque singuli eodem, quo ciues, subiectionis vinculo ciuitati suae tenentur. Concludi inde recte potest, ciues quidem Magistratui suo reuerentiam ac obedientiam, non vero ad instar subditorum strictae sic dictorum obsequium debere. Quaestio, *utrum ciues in magistratum suum crimen laesae superioritatis territorialis committere possint*, loco non plane incongruo hic moueri videtur. Eam vero ex principiis allatis me negaturum fore, quilibet intelliget. Crimen quoque hocce, ob poenam suam non raro iusto feueriorem magis adhuc, quam alia delicta restringendum est. Iniuria tamen atrocior erit, factum ciuis, quod magistratui suo contemptum non potest non procreare, ideoque grauius aliis iniuriis puniendum. In ciuitatem vero vniuersam crimen perduellionis ac suo quoque modo laesae maiestatis, quum hoc respectu subditi haberi debeant, ciues omnino committere possunt c).

a) Moser. Reichsstädt. Reg. Verfass. I B. C. 4. §. 9. p. 97. „*Untergebene seynd sic (sc. ciues) aber keine Unterthanen.*

b) cfr. Conclusum Conf. aul. imp. de 1746. ad Magistr. Francof. emanat. supra insertum.

c) Knipschild de iure et priuileg. Ciuit. imp. L. II. c. I. §. 31.

§. XII.

At quanam iura, quanam officia in magistratibus adesse intelliguntur, haec omnia pro varietate formulae variant mirum in modum. In ciuitatibus magis aristocraticis, (quoad exercitium sc. talibus) magistratui, in magis democraticis vero ciuibus simul concurrentibus plura competere videntur. In qualibet ciuitate, quod monere vix ac ne vix quidem opus erit, ad pacta sua fundamentalia, Ordinationes Imperatorum ac iudicata Tribunalium imperii supremorum respiciendum erit. Ciuitate vero his ac obseruantia omni destituta, ad formulam respiciendum est. Quo vero non raro super ipsius formulae naturam inter magistratum ciuesque accerrime pugnatum est. In possessorio pro Magistra-

gistratu, qui ius, liti praesenti obnoxium hastenus quiete nec ciuibus vnquam contradicentibus nec precario exercuit, praesumptio erit; sed in petitorio secus res se habere mihi videtur. Cum enim omnes ciuitates in eo conueniant, superioritatem territorialem, quoad ius ipsum penes ciuitatem vniuersam stare, inde sequitur, vt exercitium quoque huius potestatis tamdiu ciuitati vniuersae attribuendum sit, donec formula legibus ac pactis curatius determinata aliud statuere iubeat. Saepe vero controversias super formulam ciuitatis alicuius ortas fuisse, ac adhuc quotidie oriri, id non obstat, quo minus principia generaliora adferre possim. Nec raro Tribunalia Imperii augustissima nodum gordium sententiis suis soluerunt.

§. XIII.

Quod vero Officia s. obligationes Magistratus attinet, illae partim ex conditione illorum, administrativa sc., partim vero ex formula cuiuslibet ciuitatis dimetiendae erunt. Occurrunt quaestiones de Obligatione ad rationes reddendas, ad diligentiam, quam eiusmodi administratio desiderat, ad aliaque praestanda, quae hic proponi ac resolui possent. Sed tam ob amplitudinem earum, quam ob temporis breuitatem earum resolutionem alii temporis referuo. Silentio tamen praetermittere non possum, in ciuitatibus quibusdam magistratus initio muneris ad damna durante sua administratione culpa sua illata resarcienda, se suosque heredes cautione solenni obligare debere. Eiusmodi cautionis formulam, cuius exemplum lucem nondum vidit, vna cum quaestionibus praedictis proferre animus est.

Amplius quoque hic campus esset, in quem diuagari, si otium esset, luberet. Nimirum inquirere nunc quis posset, quinam sit concursus ciuium ad iura superioritatis singula e. gr. ad leges ferendas, ad iudicia, ad aerarium, ad ius circa sacra statuendus? Sed tempore coactus vela, contraho, ampliorem commentationem de hocce nexu alio tempore editurus.

THESES.

THESES.

I.

Mulier in codicillis testis esse potest.

II.

Datur quoque iure romano emancipatio tacita.

III.

Absens haud prius, quam septuaginta anni eius post natiuitatem sunt peracti ordinarie pro mortuo est habendus; ubi autem eruendum tempus mortis ipse est, eo tempore illum decessisse, statuendum est, quo septuagesimum annum compleuit.

IV.

Querela inofficiosi testamenti fratribus uterinis non competit.

V.

Confirmatio caesarea ad validitatem pactorum familiarum illustrum haud necessaria est.

VI.

Passus in capitulatione caesarea hinc inde obuinentes a Principibus contradicti vim legis imperii non habent.

VII.

Nobilitati immediatae imperii aequae ac statibus eius competit, ordinationes condendi, etiam sine confirmatione caesarea validas.

VIII.

Ciuitates mediatae, monasteria etc. non gaudent hypotheca tacita in bonis administratorum.

IX.

Consensus liberorum ad legitimationem plenam adhuc hodie necessarius est.

Göttingen, Diss., 1779

ULB Halle

3

008 563 705



4018





10


1779, 8 10

DISSERTATIO INAUGVRALIS
 DE
 NEXVS INTER MAGISTRATVM
 AC
 CIVES CIVITATVM IMPERII
 FVNDAMENTO AC EFFECTV

114

QVAM
 SVB AVSPICIS REGIIS

CONSENSV INCLYTI IVRE COSVLTORVM ORDINIS



RO
 VE IVRE HONORIBVS
 TINENDIS
 DEFENDET
 FRIDER. RENZIVS
 RDIANVS
 TII MDCCLXXIX.

INGAE,
 NDR. ROSENVSCH.

